



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Murmuris remedia sunt quinq[ue].

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

CHRISTIANA

non est suus, sed dei, & Abbatis sui,
sui Præpositi. Tali murmuranti dic-
tur illud Ioannis. Quid ad te, tu me
sequere. Sexto quia claustralibus mu-
murus, cęcum sibi ducem constituit
qui eum in foueam præcipitat frequi-
ter. Ille cęcus est proprius sensus, qn
in foueam peccati multos præcipit.
Iam claustrales ita æquè uolunt abu-
dere in uictu & uestitu in præsentia
cut illi qui nullam aliam retributio-
nem expectant in futuro, quasi pro
hilo reputantes terram desiderabilem,
que eis pro mercede danda est.

Ioan. 21

Murmuris remedia sunt quinque.

C Ontra murmur avaritiae, et
terrena contemnere. Contra
murmur inuidiae, est prou-
mum diligere. nam qui proximum
ligit, de bono eius nūquam dolet. am
quasi de proprio hilarescit. Contra
murmur impatiētiae, est labores Christi,
& sanctorum considerare. Nam
passio Christi (ait Gregorius) adm-
moriām reuocetur, nihil adeo durum
est, quod non æquo animo toleretur.
Gregor. Contra murmur de bonis que con-
firimus, debet esse timor ne merce-
dem perdat. Quia quod sit cum tedi-
& mui-

& murmuratione perdit mercedem,
quod autem affectu, bono, hoc Deus
accipit. ait Isidorus. Contra murmur I sydo.
mur de malis quæ patimur, est quod
debemus considerare quod Dei su-
mus ratione creationis, & redemptio-
nis, & ideo murmurare non debemus
quicquid de nobis faciat. Quia iuste
védicat nostrā uitā, qui pro nostra po-
suit suā. & siue uiuamus, siue moria-
mur, ait Paulus, domini sumus. Qui er-
go refugit ab eo corrigi, nō uult ab eo
regi, sicut dicit P. Augustinus. Et li- Augus.
cet nos flagellet, scit etiam ut pius &
eruditus medicus, quid nobis sit da-
turus ad consolationem.

*Mandatorum Dei incitamenta
sunt quatuor.*

PRimum est, quia ad hoc factus est
homo, ut mandata Dei obseruet.

Ecclesiasticus. Time dominum & Ec. ult.
mandata eius serua. Hoc est omnis ho-
mo, idest ad hoc factus est omnis ho-
mo, si hoc est omnis homo, ergo sine
hoc nihil est homo, nihil inquam ua-
lore, preterea dignus est morte. Vnde
iustissima fuit illa sententia. In qua-
cunque hora comederi morte mor-
rieris. Quia homo ad hoc factus erat

N 5